



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 11. Urbs capta, atque Cæsaris jussu solo æquata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1552.

§. XI.

Urbs capta, atque Cæsaris jussu solo æquata.

*Daniel. hist.  
de Franc. t.*

6. 1722. p. 58

*Thuan. l. c.*

*Mexerey*

*abreg.*

*Chron. t. 4.*

p. 554.

Cum urbs undique muris nudata esset, Cæsarei tandem die vigesima Junii eandem victores ingrediuntur, ac cum interea de deditiois conditionibus altercatio fieret, urbe potiuntur, ingenti passim Gallorum strage edita; nulli enim ætati, sexui, aut Ordini parcebatur. Capti fuere ipse Montmorantius, pluresque alii, quos tamen Hispani perbenigne habebant, memores illius humanitatis, qua anno priori post solutam Metis obsidionem Guisus Dux illos exceperat: dum vero Binicurtius, seu Bugnicurtius Cæsareus Bellidux accurrerat, victoris militis sævitiam coercebat: Cæsar autem, qui tum Bruxellis agebat, accepto urbis capte nuntio illam e fundamentis dirui, soloque æquari jussit, ita ut nec Ecclesiarum, Monasteriorum, atque Hospitalium ratio haberetur, nec ulla murorum vestigia amplius exstarent, imo ex proximioribus Flandriæ, atque Arthesiæ pagis incolæ advocarentur, urbis rudera collecturi. Hæc Cæsaris mandata adeo accurate effectui dabantur, ut

ut vix ullum urbis dirutæ signum relinqueretur. (\*)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1553.

## §. XII.

*Hedinum a Cæsareis cinctum, captumque.*

Cum omnibus facile persuasum esset, quod Cæsarei capta Teruana ad He-

(\*) Impia prorsus temeritate Continuator Cæsarem incusat, perinde ac si ipse hujus inhumanæ destructionis mandata dedisset, cum tamen Thuanus l. c. fol. mihi 894. & 896. etsi natione Gallus, præter alios ingenue fateatur, id factum fuisse ex propria alacritate incolarum, qui Gallorum imperium pertæsi eos summo insectabantur odio: jam ad obsidionis initium, inquit Thuanus, *alacritatem Cæsareorum incitabat turba fœminarum, & puerorum, qui ex vicinis undique pagis veluti ad exoptatissimum spectaculum confluxerant, & rhythmis, ac jocularibus canticis per lasciviam in nominis Gallici contumeliam compositis animos suis faciebant.*

*Urbs ipsa, prosequitur Thuanus, a fundamentis omnino diruta est, tanta popularium alacritate, ut paucorum dierum spatium vix ulla vestigia illius extarent; adeo odium propter acceptas inde injurias vicinorum animis alte insederat.*

*Hist. Eccles. Tom. XXI. N n*